

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

CruX b
cum fonte primo

Hodie crux

fixa est et seculum sanctificatum est;

hodie crux fixa est et demones dispersi sunt;

hodie crux fixa est et mors subuersa est;

hodie crux uicit et mors uicta est;

hodie dyabolus uictus est et homo solutus est
et Deus glorificatus est.

Augustinus ibidem in sermone de Parasceue.

Hodie, fratres charissimi, crux Christi in terra
fixa est et saeculum sanctificatum est;

hodie crux fixa est, et infernus apertus est;

hodie crux fixa est, et demones dispersi sunt;

hodie crux fixa est, et mors subuersa est;

hodie crux fixa est, et mors uicta est;

hodie dyabolus victus est, et homo solutus est;

hodie homo sanctificatus est,

quia est Deus homo crucifixus;

hodie Iudaei audacia grandi Deum occidunt,

in cuius occisione petrae scissae sunt;

hodie amabilis pietas Dei universum consuit orbem;

decebat enim cum pietate carnem conjungi,

sicut David dicebat:

«Dirupti sunt, nec sunt compuncti.»

Auctor incertus (Augustinus Hipponensis?), *Sermones inediti*, 44.1 (A.B. Caillau ed., Paris 1842, vol.24 bis, p.179a).